



DISPUTATIO XII.

DE EFFICACIA MI-
NISTERIJ VERBI ET
Sacramentorum.

THESIS I.

Fide justificari hominem, ceu organo
quodam, apprehendente gratiam Dei, ac
Servatoris meritum: precedente Articulo pro-
ximo expeditum dederunt Confessores nostri:
Nunc de eiusdem acquirenda medijs, ijdem Metho-
do pulcherrima usi, differunt.

2. Neque enim virium humanarum effectus est
Fides Iustificans, quippe quæ ad bonum emortuæ
Eph. 2. 5. nihil boni ex se, tanquam ex se, vel co-
gitare possunt 2. Cor. 3. 5. ne dum plena animi
fiducia in gratia ac misericordia DEI Patris, &
merito Christi acquiescere, & ex eo sibi indubita-
τα πεποιθήσει καὶ πληροφορία, Hebr. 3. 6. Rom.
4. 21. favorem Dei, remissionem peccatorum ac
vitam æternam polliceri.

AA 3

Sed